UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Fortitudinis incitame[n]ta sunt quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

neceſſaria eſt fortitudo; quia ſicut di
Iſyd. cit Iſydorus. Inter omnia chriſtiano-
rum certamina ſola duriora ſunt præ-
lia caſtitatis, ubi cotidiana pugna eſt,
& rara uictoria. Secunda mentis, quę
eſt charitas, de qua dicitur; Fortis
eſt ut mors dilectio, quia ſicut mors
animam a corpore ſeparat, ſic dilectio
Dei a mundi impietate. Tertia eſt,
Pſal, 58 operum, de qua Pſal. Fortitudinem
meam ad te, &c.

Fortitudinis incitamenta ſunt quatuor.

PRimum eſt, admonitio ſcriptu-
ræ. Ioſue. Confortare & eſto ro-
Ioſue. 1. buſtus. Reg. 2. Dixit Dauid Sa-
3. Re. 2. lomoni; Confortare & eſto fortis, &
obſerua cuſtodias deo dei tui, ut am-
2, Ti 4. bules in uiis ſuis. Tim. 4. Forti animo
eſto, &c. Secundo, quia nobis neceſſa-
ria eſt. poſiti enim ſumus in loco cer-
Iob. taminis, ſicut legitur in Iob. Militia
Bern. eſt uita hominis ſuper terram. Et Ber
nardus. In mundo iſto quaſi in ſtadio
certaminis poſiti ſumus. Ideo in uita
iſta ualde eſt neceſſaria fortitudo:
quia pugnat contra nos mundus, ca-
ro, & diabolus. Contra hos hoſtes co
Deu, 31 fortat nos ſcriptura dicens in Deuto.

Viriliter agite, confortamini, nolite
timere, nec paueatis à conſpectu eo-
rum, quia Dominus Deus tuus ipſe
eſt ductor tuus, & non dimittet nec
derelinquet te. Machab. 3. Accingi- 1,Ma,3
mini & eſtote filij potentes, & eſtote
parati, ut pugnetis aduerſus genera-
tiones has, quæ conuenerunt diſper-
gere nos, & ſancta noſtra. Tertium
eſt, quia multum deo placet. Eſdra. Eſdr,8.
Gaudium enim deo eſt fortitudo ue-
ſtra. Quartum eſt, quia homini mul-
tum prodeſt. De hac materia uide in
ſequenti capitulo.

Fortitudinis bona ſunt quatuor.

PRimum eſt, quia de hoſtibus
triumphat. Reg. 22. Accinxiſti 2,Re,22
me fortitudine ad prælium, in-
curuaſti reſiſtentes mihi ſubtus me.
Pſal. Præcinxiſti me uirtute ad bellũ, Pſal,17
& ſuplantaſti inſurgentes in me, &
ſubtus me, &c. Secũdũ eſt, quia bona
hominis conſeruat. Luc. Cum for- Luc,12
tis armatus cuſtodit atrium ſuum, in
pace ſunt omnia quæ poſſidet. Ter-
tium eſt, quia hominem ditat. Prou. Pro,10.
Egeſtatem operata eſt manus remiſ-
ſa, manus autem fortium diuitias pa-
rat. Idem. Robuſti habebunt diuitias, Ibid,11

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN